28+2.

1756.

d 29 März

APPLAUSUS VOTIVUS

QUO

ILLUSTRI PERQUAM MAGNIFICO AMPLISSIMO
ET CONSULTISSIMO

VIRO

DN. HENRICO KOEHNEN

J. U. DOCTORI EXCELLENTISSIMO

QUUM

POST ORNATAM INSIGNITER SEDECIM PROPEMODUM ANNOS

SPARTAM SENATORIAM

ATQUE ADMINISTRATA RECTISSIME GRAVISSIMA MULTA ET PULCHERRIMA REIP. MUNERA
PERINCLYTAE CIVITATIS BREMENSIS DESIGNABATUR

CONSUL

ET DIE XXIX. MART. ANNI MDCCLVI. FASCES SOLENNITER CAPESSEBAT
SUMMUM HOC DIGNITATIS GRATULABATUR CULMEN

ILLUSTRIS SCHOLA BREMENSIS

CALAMO

HENRICI HEISEN

PROFESS. ELOQUENT. ET POES. PUBL. BIBLIOTHECAR. ET PÆDAGOGIARCHÆ.

N[illegible] Olim PATRIS [illegible] PROPAGO tenet,
Hactenus in quarta ſedet illa Parte Senator,
Qua GENITOR quondam conſpiciendus erat:
Hactenus eſt princeps in eadem Parte Senator,
Ut pariter quondam SANGUINIS AUCTOR erat.
[illegible]

[illegible]
His Patriæ quis reddit AVUM PATREMque, [illegible]
Illa Gradu nunc Te reddit Utrique parem.
Quam multos annos, quanta cum laude SCHOLARCHA
Sub gemina fuerit conditione PARENS;
Quam multos annos, quanta cum laude PROFESSOR
[illegible]

SPARTAM SENATORIAM
ATQUE ADMINISTRATA RECTISSIME GRAVISSIMA MULTA ET PULCHERRIMA REIP. MUNERA
PERINCLYTAE CIVITATIS BREMENSIS DESIGNABATUR
CONSUL
ET DIE XXIX. MART. ANNI MDCCLVI. FASCES SOLENNITER CAPESSEBAT
SUMMUM HOC DIGNITATIS GRATULABATUR CULMEN
ILLUSTRIS SCHOLA BREMENSIS
CALAMO

Qua GENITOR quondam conſpiciendus erat:
Hactenus eſt princeps in eadem Parte Senator,
Ut pariter quondam SANGUINIS AUCTOR erat.
Solus apex ſummus, FASCES aberantque SECURES,
Quas CONSUMMATUM jam PATRIS INSTAR habet.
Ludendo verſare volunt terreſtria Cœlum:
Ludit & heic, miſcens ſeria magna jocis.
Si temere nunquam rerum revolubilis ordo
Currit, & hunc curſum provida Fata regunt.
Tempore quam juſto, pulchro ordine, fœnore largo
Omne refert SOBOLES, quod tulit ante SATOR!
Virtutis Cuſtos, Hæresque ex aſſe paternæ,
Teſtatore Deo, PATRIS adibit opes.
En! teſtamenti tabulas, VIR MAGNE, reſignat,
TEque jubet NUMEN ſcandere PATRIS Ebur,
Qui TE quinque legunt Proceres, Deus hos quoque juſſit
Viribus æqua TUIS Munia ſumma dare.
Ergo non hominum favor, aut ſolertia tantum
Absque DEO potuit conciliare Decus.
Non hæredipetam prenſatio ſordida juvit,
Nec ſuaſit vetitas ambitus ire vias.
Qua PATER, & qua ſedit AVUS, Tibi debita Sedes,
Et gentilitius jure putatur honos.

Illa Gradu nunc Te reddit Utrique parem.
Quam multos annos, quanta cum laude SCHOLARCHA
Sub gemina fuerit conditione PARENS;
Quam multos annos, quanta cum laude PROFESSOR
In gemina fuerit ſede locatus AVUS;
Scimus adhuc, neque, dum noſtros calor influit artus,
Pectoribus gratis eximet ulla dies.
Talem, qui CONSUL nunc incipis eſſe SCHOLARCHA,
Altorem Muſis Præſidiumque reduc:
Tales, cum vacuas cathedras Doctoribus implet,
Per Te ſufficiat Curia celſa novos.
Damnabor voti: Tua ſe dedit inclyta virtus,
Quæ tranſcendere amat vota modeſta, vadem.
Nec Schola gaudebit ſolum Te Conſule noſtra:
Quemque probum Civem commoda multa manent.
Perge Tuæ Gentis, totius LUMEN & Urbis
Sorte frui læta! Perge valere diu!
LAMPIUS ingenio miti, placidaque ſenecta
In Succeſſorem Te recidivus eat!
Pondere quos æquas meritorum, robore juxta
Corporis exæques, & GENITOREM & AVOS!
Quin victis Illis vitæ cape dona ſupernæ,
Terreſtris dudum luctiferæque ſatur!

BREMÆ,
Typis Viduæ B. HERM. CHRIST. JANI, quondam illuſtris Gymnaſii Typographi.